



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 7. Vitæ periodus Joannis Labadie & Andreae Dabillon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII. Clericorum indignatio, & communis
 A. C. 1644. perturbatio, eo vel maxime, quod hic
 Concionator non tam Catholicæ fidei
 studio, quam suæ Societatis, ac Mo-
 linianæ doctrinæ Zelo, adversæ partis
 homines infectatus crederetur: adeo
 privatæ utilitatis suspicio etiam verita-
 tis patrociniū exosum reddit. Aberat
 eo tempore Ambianensis Urbis Episco-
 pus, Parisiis ob Cleri negotia detentus:
 comperto autem tumultu mox inde re-
 versus, malo remedium opponere ad-
 laborabat.

§. VII.

*Vitæ periodus Joannis Labadie &
 Andreæ Dabillon.*

*Arnold. hist.
 Eccl. suppl.
 l. 16. p. 3.
 num. 26.* Pungebat acrius non modo ambos
 hosce a Jesuita offensos Doctores,
 sed quamplurimos ipsorum fautores im-
 modica intemperies, qua tanquam *Apo-
 stata* traducebantur; existimabant enim,
 hanc eis calumniam fuisse ideo impa-
 ctam, eoquod ambo per plures annos
 in Societate vixerint, eamque dimi-
 ferint: quocirca succincte de utriusque
 fati pauca referre, haud incongruum
 erit. Igitur Joannes Labbadeus ob ra-
 ram indolem, ingenii ac judicii sagaci-
 tatem decimo septimo ætatis suæ anno
 a Jesuitis susceptus, biennio post sim-
 plici,

plici, ut vocant, sponſione ſeſe Socie- Sæc. XVII.
 tati devovit, ac Rhetoricam necnon A.C. 1644.
 Philoſophiam tradere juſſus, varios li-
 bros præcipue tractatum de gratia, &
 efficaci vocatione elucubrabit, Socie-
 tatis doctrinæ minus conformem; aſſi-
 duis vero ſtudiis corpore nimis debili-
 tato Mareſcottus Provincialis accerſito
 Medici conſilio rem eo deduxit, ut
 Bartholomæus Jaquinotius Aquitanix
 Provincialis poteſtate ſibi a Mutio Vi-
 tellesco Societatis Generali facta, La-
 badæum ab omni erga Societatem ob-
 ligatione liberum die decima ſeptima
 Aprilis anno Chriſti milleſimo ſexcen-
 teſimo trigeſimo nono dimitteret. Exu-
 ta veſte Religioſa variis in locis Ver-
 bum Dei cum maximo Auditorum ap-
 plauſu prædicabat, a ſociis tamen apud
 Senatum Burdegalenſem de Calvinis-
 mo accuſatus, orthodoxiam ſuam vin-
 dicavit: inde vero Parisios delatus,
 creſcente nominis ſui fama a Francisco
 Caumartino Ambianenſi Epifcopo ro-
 gabatur, ut Eccleſiæ ſuæ Cathedralis
 Concionatorem ageret. Sub idem tem-
 pus Parisios venerat Andreas Davil-
 lon, qui pariter a Societate, in qua
 per plures annos vixerat, *juſtis de cauſis*
 die quinta Aprilis anno Chriſti mil-
 leſimo ſexcenteſimo quadrageſimo pri-
 mo dimiſſus fuerat.

§. VIII.